

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

Ah amantissime Deus, deficiant, obsecro, deficiat vitiosi cordis mei affectus, emoriantur in me adulerinae consolationes, ut tu solus viuas in me, et in te solo conquiescam, te solum sentiam, et in te solo delectationem meam capiam.

O Deus meus! O beatitudo mea! O finis meus! O summum bonum meum! cur tibi uniri non desidero? quid extra te ambio? quid quaero? quid cupio? nunquid voluptates saeculi? at breues et exiguae sunt; neque enim nisi unum afficiunt sensum: fabunt, nec praestant, quod promittunt; non tranquillam, sed inquietam reddunt animam; omnis enim animus, qui peritura huius saeculi bona sectatur, inquietudine repletur; dum ea asequitur, et dilaniatur, dum eis orbatur. Tu vero O amantissime Deus, tu ea es voluptas, qua totum prorsus hominem spiritualiter recreat. Tu es bonum aeternum; nemo enim ^{te}perdit, nisi qui volens te deserit. Tu es verum gaudium; quia qui in te oblectantur, non solum ineffabili dulcedine perfunduntur, sed etiam ingenti securitate ac mentis tranquillitate replentur. Ah Domine Deus, abdicat, quaeo, mentem meam ab omnibus, quae sub caelo sunt, magna vis dilectionis tuae. Effica, obsecro, O dilecte votorum meorum, ut penitus obliviscar rerum transeuntium pro magnitudine amoris tui, atque in te solo ultimo fine meo stabiliat et quiescam.

Caput 4^{to} tum.
Aspirationes ad Deum ob eius
essentiam ineffabilem.

Domine Deus, tu es, qui lucem inhabitas inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre potest, quo fit, ut te, sicut oportet,

1. Tim. 6.

cognoscere nequeam: imo nec invenio, cui de-
 assimilare possim. Non es splendidus sicut lux
 huius mundi visibilis. Non habes eam elegan-
 tiam, quam in floribus miramur, nec eam
 venustatem, aut amoenitatem, quam in campis
 et sylvis intuemur, nec eam pulchritudinem, quae
 in hominibus, ceterisque nobilibus creaturis re-
 perimus. Sed alia tibi inest elegantia, alius de-
 cor, alius splendor, alia amoenitas, alia pulchri-
 tudo, quae caelestes spiritus in summam admiratio-
 nem rapit. Neque es dulcis, sicut sunt suaves
 cantilena, quae afficiunt sensum. Sed aliam habes
 dulcedinem et suavitatem, ^{qua} exsuperat omnem intel-
 lectam. Neque magnus es magnitudine et quantita-
 te molis, sed magnitudine potentiae et virtutis. Sed
 nec bonus, nec sapiens bonitate, et sapientia, quae
 in Angelis suspicimus; haec enim, cum sit limi-
 tata, a tua, quae limitem nescit, in immensum
 distat. O Deus infinite quam ineffabilis et in-
 comprehensibilis es! Equis potest esse similis tibi.
 Gaudeo sane et exulto, quod esse tuum sit ad id:
 limitatum, et infinitum, ut quidquid spectabile crea-
 ti in mundo, tecum nullo modo comparari possit;
 O si te etiam tanto amore prosequerer, ut nullus
 terrenus amor cum eo conferri possit, quam bea-
 tum me existimare deberem.

2. Verum o Domine Deus, quamquam non ha-
 beas simile tibi, per quod ad tuam notitiam
 pervenire possim; nihilominus cali enarrant
 gloriam tuam, et opera manuum tuarum, id est,
 potentem manum tuam, annuntiat firmamen-
 tum; atque, ut coetera laceam, omnia ossa mea,
 arteria, vena, tela, ac particula membrorum
 meorum, sensusque omnes hoc testantur, quod sis Deus,

ps. 138

Kampens.
 in h. ps. v. j.

Et non sit alius, qui sit similis tibi, quippe quippe,
quod habent, dare illis potuisset, nisi tu tribuisses,
sed quantus, et qualis sis, edicere nequeant; quia nem-
pe ineffabilis es. O quam stupendum, et im-
mensum bonum illud esse debet, cuius immensi-
tatem nulla creatura exprimere valet. Domine
Deus, erubesco, quod hactenus tam parum, tam
remisse tibi intenderim. Quid, obsecro, cogitabo
sublimius, quid amabo melius, nisi te, qui es
adeo sublime, adeo excelsum, adeo ineffabile
bonum?

Mihi igitur, o amabilis Creator, iam sufficiat
nosse, quod sis Deus, quod sis qui es, nec esse
quum ab alio, sed a te ipso habeas, ac proinde
quod sis ab aeterno carens ullo fine et termino,
sintque aeterna, et in aeternum duratura omnia
bona, quae sunt in te; apud te enim non est trans-
mutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Hoc Jacob. i.

scio Domine Deus, et hoc sumopere solatur ani-
mam meam; quantum enim solatiu anima-
mea, posse possidere bonum, quod non desinet
in aevum, nec ab ea auferetur in aeternum.

O soliditas mentis meae, quod hactenus rebus peri-
turiis, et bonis volubilibus huius saeculi cor meum
apposuerim, tibi vero o Domine Deus, qui es,
verum gaudium, ac aeternum bonum meum, unice
non adhaeserim. O Deus meus! o dulce solatiu
cordis mei! o amabile lumen mentis meae, illucesce
michi, ut in meridiem clarissimam vertantur tene-
brae coecitatis meae. Da mihi obdormire in sinu
amoris tui, ibique terrenarum rerum prorsus obli-
visci, nihil quippe mihi melius, nihil utilius,
aut iucundius, quam tibi, o sumum ac aeternum
bonum meum intimo amore coniungi.